


NVMMI OBSIDIONALES
 DV RANTE OBSIDIONE CAMERACENSI
 à Balignio cusi: Anno Christi 1593.



Ameracum libera civitas, & imperio subjecta tempore benè longo Archiepiscopo, qui se Ducem Cameracensem salutare voluit, parebat: usque dum Incius arcis præfectus, motâ seditione, hunc ipsum Archiepiscopum Ludovicum Barlaymontium ex urbe eiecit, Francisci Alanzonij sese virib. muniens, in cuius potestate urbs tandē pervenit Anno Christi 1581. Incio postea à quodam rustico glande trajecto, Alanzonius Joannem Monlucium Dominū Balignium

Episcopi Valentianothum, & urbi & arcis præesse voluit: qui mortuo Alanzonio Regina imperium eludens, & tyrannidem arripiens, vitæ necisque potestatem in cives sibi vindicavit: in multos suppliciis gravissimis sæviit: proventus ac vectigalia in proprios usus convertit. Vocatus ad Comitia ab Henrico III. non comparuit, metuens infidias: Civili bello Gallico confœderatis se addixit: rursus multis corrasis opibus, ad Navarræum transijt: à quo Princeps Cameracensis creatus, fortunæque secundæ flatu insolentior factus, Atrebatès & Hannonios ferro flammæque infestare cepit. Fontanus, precibus Barlemontij exulis & vicinorum motus, Cameracum obsedit: Balignium, inopinatâ obsidione consternatum, Ludovicus Gonzaga Dux Nivernensis transmissio ad eum, cum aliquot equitum cohortibus, filio non parum recreavit. Interim verò Princeps Chimæus publicas ulturus iniurias, suum quoque militem ad obsidionem adducit, Fontaniqu; exercitij jungit: Balignio obfesso succurrit Dux Bulionæus, misso Vichio veterano militum ductore, qui cum suis per noctis silentia in urbem irrepit. Hoc subsidio accepto terrori civibus esse capit, fiduciæ plenus quam & publicè jactitavit dicens, Navarræum cum maximis copiis brevi affuturum. Ipse interea, ut auro suo parceret, *areos nummos supra delineatos procudi jussit, quibus stipendia militibus persolvit, mortem civibus interminatus, si illos, nullius pretij nummos, repudiarent: quos finito bello se auro redempturum pollicebatur: quod tamen posse a cum maximo civium damno non prestitit.* Tandem propu-